

ad vallum suum, munitionesque effusè fugientes, eecidere. **A** Fugam occurrentes Cæsar cum sistere niteretur, nihil profecit. Cum ille signa corripere, abiecerant ea signiferi, ac tringina duo in potestatem hostium venerunt. Cæsar ferè fuit oppressus. Cum enim militi vasto, & robusto fuga cum præventi manus iniiciens, manere, & convertere se imperaret in hostem: illerturbationis in discrimine plenus, gladio manum ad eum cædendum admovit: cuius occupavit humerum armiger Cæsar abscindere. Adeo autem res deploratæ Cæsaris erant: ut cum Pompejus, sine suspitione aliqua, sine fortuna non esset, actum tam eximium profecutus, sed compulsus intra vallum iis, qui fugiebant, receptui cecidisset, diceret discedens Cæsar ad amicos: Hodie penes hostes victoria erat, si veherent vincentem. Ergo mutato consilio, instituit in Macedonia contra Scipionem ducere, ut Pompejum quam longissimè à mari traheret, ne à classe subsidium habere posset. Sic tandem in campis Pharsalicis victor, bello finem imposuit. *Plutarchus in Cæsare.*

Contra Narsei Persarum regis immensum exercitum juvenili ardore progressus Galerius, à Diocletiano adoptatus, **B** haud longè à Carris victus, omnem penè amisit exercitum. Atque hinc per Syriam ad Diocletianum venit. A quo castigatus acerrimè, hac contumelia quasi cote usus est ad virtutem. Nam resecto supplemento ex lectissimis militibus Dacia, Illyria, ac Mœtia, contra Persas feliciorè auspicio profecutus, ut ignominiam aboleret, omnia prius diligentius exploravit, quam manus aboleret. Itaque in majore Armenia castra noctu hostilia ex improvviso xx. millibus equitum adortus, Persarum multitudinem felici victoria stravit, dedecus abolevit, fines Romani imperii longius produxit. Totam enim Assyriam, expugnata Ctesiphonte, cepit, & quinque provincias Transyngitanas, quæ statim redeunte ad urbem Trajano descecerant, imperio adjunxit. Fugatus, vulneratque Narfes, ad invios Parthorum montes recessit. Regis proles, uxores, & forores capta sunt, Persarum nobilitas abducta, reguli, & duces triumpho reservati. Idem est factus, ut Persæ ab Armeniis, Mesopotamia, Assyria, novisque provinciis abstererent. *Cuspiantius.*

C CONSTANTHUS CAROLUS, quem Maximianus adoptaverat, Gallis præfectus, apud Lingones, uno die utramque fortunam expertus est. Cum enim Alemanni magno irruptione impetu, Constantium in fugam verterunt. Is portis metu hostili oclusis, demisso fune per muros in urbem receptus, milites simul, & cives adhortatus, ut fugæ ignominiam virtute delerent, eruptione facta propè sexaginta millia hostium cecidit. Ea victoria liberatæ Gallia, atricæ Germaniæ vires suas amiserunt. *Cusp. Fulg. lib. 5. cap. 11.*

Tres præfecti Saracenorum, Isnalach, Devizes, & Alter, à rege suo deficientes, cum suis viribus diffiderent, ad Carolum Magnum venientes Paderbrunnam, auxilium ab eo petierunt, muneraque, & Vasconiam, atque citeriorem Hispaniam ei obtulerunt. Ille conscripso exercitu transiit montes Pyrenæos, & Pompilonem Navarrorum oppidum cepit. Cæsar augustam destruxit, duos Saracenorum regulos subegit. In reditu, in Pyrenæi jugis Saracenorum insidiis circumventus fuit Caroli exercitus, multi præstantes duces perierunt, & inter eos Rolandus Caroli ex forore nepos, Britannici limitis præfectus, Anselmus Palatii Comes, anno Domini 778. *Regino, Sigebertus, Annales Francorum, Avent. Sab. Ann. 8. Guag. lib. 4. de reb. gest. Franc. Anton. in Chron. Blondus Dec. 2. lib. 1. Aimo. de gestis Franc. lib. 4. cap. 71. 72.*

D Parma civitas in schismate illo gravissimo inter Fridericum II. Imp. & Innocentium IV. Papa ab Imperatore biennio integro obfessa, Tandem facta eruptione, obfessi exercitum hostium securum sudere, castra sub Victoriz urbis nomine ceperunt. *Cranz. lib. 8. Sax. c. 14.*

Ad Murthlacum Marceæ vicum Malcolmus Scotorum rex Eneum Suenonis regis Danicæ, & Angliæ ducem victorem, ipse victus adortus equo dejectum interfecit. *H. Boer. lib. 11.*

ALEXANDER dux Lituanorum, pridem dictus Vitoldus, propagandæ religionis causa Christianus factus, in Tartaros equitum, peditumque supra centum millia eduxit. Prima, & altera pugna trecenta millia Tartarorum cæsa. Tertia tandem fusus exercitus Alexandri, cæsi que ad internecionem penè omnes: vix cum septem comitibus evasit. *Cranz. lib. 9. Vandal. cap. 39.*

Ludovicus Flandriæ Comes Gandavensem urbem, ob tributorum immanitatem rebellantem, fame premebat; Gandavenses veniam erroris sui petebant. Ludovicus superbe

respondit: Se id nunquam facturum; nisi pedibus nudis, aperto capite, recte collum nexi, sibi occurrerent. Hoc reserponso commoti cives, cum quinque millium numerum non excederent, magnam tormentorum vim in curribus, & simul quatuor dierum cibaria secum deferentes, prius Christiana confessione lustrati, adversus Comitem, & Brugas profecti sunt. In eos, munitis jam castris, Comes cum triginta hominum millibus impetum fecit. Ipsi omnibus tormentis uno tempore in Comitis exercitum convertis, & una omnes castris egressi, omnes ejus copias disjecerunt, & fugientes insecuti, Brugas ceperunt. Comes cum se in fumarii lecto abdidisset, nocte ad Insulam urbem evasit. *Fulgos. lib. 5. c. 11. Emilius verò imperato adventu portis apertis occupatas ab iis Brugas assert.*

Viccomites Mediolanenses duce Squarcino Burro Gallos Turrianorum auxiliares, negligenter obeuntis custodias, noctu in oppido Caratæ perierunt. Ibi cum victores ingenti potui præda captivos indulgeret cultiditis, corpora, & equos curarent, assui instructo agmine Napus Iurrianus, suaque celeritate & opem oppressis suis opportunè tulit, & felici casu de hoste victoriam est consecutus. *Jovius in Vita Otoboni.*

Bello Ligustico secundo Genuenses in Corcyrensi portu à Venetis obfessi, volvere naves omnes Venetis tradere, si incolomes inde viros abire permisset. Quo negato, metu in desperationem verso, concensum fuit: Liguricæ artem viribus addidit, quindecim tritibus in insidiis locatis. Quæ medio pugna ardore in Venetos coarctæ, haud dubiam suis fecerunt victoriam. *Sab. lib. 1. Dec. 2.*

Inermes vincunt armatos.

SAMSON unus cum gente Philistinorum internecionem bellum gessit: contra millia hostium solus, & inermis prosperè dimicavit. Idem hostili in urbe prehensus, ubi fuit noctem vix sensit adversus se parari, demolitus est portas urbis, evulsi que postibus, in jugum montis detulit, quod hostili urbi imminerebat: statuitque in conspectu attonitæ civitatis, ludibrium veritatis, quam trophæum. *Judic. 4. 15. & 16. cap.*

Sub Saul rege decem millia Israelitarum inermium vicerunt Palaestinorum 30. curruum, & equitum 60. millia *1. Reg. 14.*

JUDAS Machabæus cum tribus millibus virorum, qui tegumenta, & gladios non habebant, superavit Gorgiam cum magno exercitu. *1. Machab. 4.*

Harmatodii Thepiensis filius generosissimus, ac bellicosissimus auxilio veniens Atheniensibus, primum quidem strenuè contra hostes pugnavit: consumptis autem omnibus armis, nudis manibus adversus armatos dimicando, vita cum gloria finivit. *Ælian. lib. 6. de Var. lib.*

Dalacarli rustici Suenes miserima servitute, & præfectorum crudelitate pressi, ductu Engelberti cuiusdam liberti, licet inermes, Ericum Pomeranum regem expulerunt, & Engelbertum regni gubernatorem creaverunt. *Jo. Magnus lib. 22.*

C E D I S.

Abque sanguine utriusque partis.

Consule Tit. Hostes amicos facere, aut ad deditionem compellere, sub loco Stratagematum.

Apud Lacedæmonios, si dux fortiter dimicasset, & cruento Marte, magna que hostium clade vicisset, trophæi loco gallum diti immolabat. Qui verò deditione, & pacto, nec nimium cruenta victoria potius, belli mala vitasset, bovem sacrificabat. Ut significarent, magis decre Imperatorem (juxta Periclis sententiam) consilio, & casu, quam gladio, & multo sanguine fuso, victoria potiri. *Alex. lib. 1. cap. 22.*

Abque sanguine suorum.

Israelitarum xxi. millia, mille è singulis tribubus, contra Madianitas missi, duce Phinee Eleazari Pontificis filio, mares omnes ad internecionem cæciderunt, & inter eos quinque reges Madianitarum, nemine planè ex Israelitis deliderato. Præda maxima hominum simul, & pecorum abacta.

Mares impuberes una cum mulieribus veneris experibus, ut quæ Israelitas ad peccandum induxissent, Moyses interfecit jussit, Virginibus seecurandis: eas tamen cum reliqua præda inter Israelitas divisit. *Num. 31.*

JUDAS Machabæus Galaaditidem, & Idumæam hostiliter pervagatus, oppida munitissima cepit, incendit, mares omnes interfecit, reliquos captivos cum præda ingenti abduxit. Inde Hierosolymam reverfus cum hymnis, & canticis, votivæ hostias pro exercitu incoluntate mastravit, quandoquidem post tot conflictus ne unum quidem ex suis desideravit. *1. Machab. 12. & Josephus lib. 12. cap. 12.*

MARDONIUS cum xxx. myriadibus in Græcia à Xerxe relictus, à Græcis ad Plataas cum exercitu cæsus est. Ferunt ex ccc. millibus cum Artabazo xl. millia fugam cepisse. Ex his, qui pro Græcia dimicaverunt, non plus m. ccc. desiderati, in quibus fuerunt Athenienses duo, & quinquaginta, omnes ex tribu Aiantide: quæ, ut Clidemus ait, pugnavit fortissimè (quamobrem nymphis Sphragitidibus Aiantidæ, victoriæ causa, sacra ex Apollinis oraculo scripta, sumptu publico faciabant) Lacedæmonii unum supra nonaginta **B** (Herod. habet xxxi.) Tegetæ sexdecim. Unde mirum est, cur solos hos Herodotus prælium inisse cum hostibus, nullum præterea Græcorum dicat: cum numerus castrorum, & monumenta victoriam testentur communiter obtenta. *Plat. in Arist. & Herod. lib. 9.*

Post cladem ad Leuctra acceptam, inter Lacedæmonios, & Arcadas contigit acie prælium. Arcadum supra decem millia cecidere, Lacedæmoniorum nullus. Prædixerant autem eis vaticinio sacerdotæ Dodonæ, bellum hoc Lacedæmoniiis adversus Arcadas, sine sanguine, lacrymisque futurum esse. Ab hac pugna Arcades, timentes Lacedæmoniorum impressiones, considere in quodam opportuno loco Magalopolim magnam, contractis in eam vicis viginti Arcadum, qui Menalii, & Parrhasii dicebantur. *Diod. lib. 15.*

MILTIADES Atheniensium dux, Persarum sexcenta millia ad internecionem ferè cæcidit in Marathonæ, centum nonaginta duobus tantum suorum desideratis. *Herod. lib. 6.*

Cum Darii ducibus ad Granicum fluvium Alexander Magnus signa contulit primò. De barbaris peditum viginti millia, equitum duo millia quingenti cecidisse dicuntur. **C** De Alexandri exercitu desiderati, ut Aristobolus auctor est, in totum quatuor, & triginta: inter quos pedites novem fuere. His status ex ære erexit, quas finxit Lyfippus. *Plutarch. in Alex.*

In confidit secundo Alexandri cum Dario in Ciliciam, cæsa, etæque ex Darienico die centum peditum millia. Curtius scribit, & decem equitum. Trogus peditum sexaginta millia cecidisse ait, & decem equitum, quadragintaque millia cæpta. Hi veriora mihi tradidisse videntur, quam Plutarchus, qui undecim millia tantum desiderata auctor est: sed in numero à libraris erratum credere æquum est Macedonum, quorum fides sit apud auctores ipsos, equites centum quinquaginta, pedites duodeciginta desiderati. *Sabell. lib. 4. Ann. 4.*

M. VALERIUS Sabinorum Romanum agrum incurfantium XIIIIM. cæcidit, nullo Romanorum deliderato. *Plin. lib. 36. cap. 15.*

M. MARCELLUS Prætor Hannibalem Nolam subeuntem facta eruptione subita fudit. Mirum est, quod eo die accidisse memorant: uno dumtaxat Romano cadente, ad duo millia **D** hostium, & ccc. occidit occisos. Ea victoria major Rom. visa, quam pro numero castrorum, quòd ab hoste toties vinci desissent. *Sabell. lib. 3. Ann. 5.*

Romani, contra Antiochum Asiæ regem, interfecis quinqueaginta hostium millibus, ipsi viginti quatuor equites tantum, pedites verò ccc. amiserunt. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 25.*

Bello civili, L. Sylla collatis cum Mario juniore signis ad Signinum xxm. hostium cæcidit, viiim. cepit, viginti tribus tantum ex suis desideratis. *Plat. in Sylla.*

Idem Mithridatis duces Taxilem, & Archelaum ad Charonæam ingenti prælio fudit. Taxiles cm. peditum, xm. equitum, centus falcatos xc. duebat. Sylla equites md. pedites minus xvm. habebat. Decem millia Barbarorum Chalcidem effugere, reliqui cæsi. Sylla de exercitu suo refert quatuordecim desideratos, quorum etiam duos sub vesperam adfuisse. Unde trophæi Martem, Victoriam, & Venere inscripsit: quòd non minus felicitate palmam eo prælio, quam concilio, & virtute tulisset. Ad Orchoenum

porò, cum Dorylaus cum lxxxm. Archelao se conjunxisset, magnam partem exercitus hostilis, ut ad certamen prægredientem signis collatis fudit, fugavitque Sylla: quorum trepidatione omnibus averfis castra expugnavit. Horum sanguine interfectorum paludes inundarunt, itagnum cadaveribus est oppletum. Itaque nostro quoque avo annis propè ducentis post eam pugnam multi Barbarici arcus, galeæ, loricarum ferreorum fragmenta, gladii, cæno reperiuntur immetra. *Plat. in Sylla.*

L. LUCULLUS Tigranocertam in Armenia xm. peditum, & mille equitum pridè Nonas Octobris fudit. Tigranis regis, quinque tantulæ suis desideratis: cm. hostium interfecit. *Plat. in Appob.*

CN. POMPEJUS, Mithridatis Asiæ regis quadringenta millibus cæsis, viginti ex suis desideravit. *Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 25.*

Bello Judaico Judæorum plurimi in saltum Jardes confugerant. Quos tandem Lucilius Bassus, equitibus circumdato saltu, ne quis effugere posset, & peditibus succis arboribus, ad unum interfecit ad mmm. Romanorum duodecim tantum desideratis, quantumvis Judæi strenuè repugnaverunt. *Josephus lib. 7. cap. 26. belli Jud.*

CAROLUS MARTELLUS Gallorum dux, Abidiramum Saracenorum regem ex Hispania Gallias vastantem, ad Burdegalam ingenti prælio vicit, cæsaque una acie ccc. octoginta Saracenorum millia: Platina habet 360. Aventinus 385. & quòd majori admittitioni accessit, Francorum mille, nec amplius, ceciderunt eo prælio Platina, & Avent. lib. 3. habet 159. *Sab. lib. 6. cap. 5. & Sigeb. in Chron.*

Cum Galli Henricum V. Anglorum regem ad Dagincuriam inclusum ad prælium cogent: nihilque certius, quam victoriam sibi jam polliceri essent: Angli pauci collatis signis Gallorum ad decem millia cæciderunt, non paucioribus captis. Cum è suis vix centum (aliquingentos, alii sexcentos, ponunt) post prælium desiderasset. *Doyat lib. 22.*

SIMON Montis fortis Comes, Cruce signatorum dux adversus Albigeos hæreticos, in urbe Murello, ducentos, ac sexaginta equites, peditesque quingentos secum habens, à magno Aragonii regis exercitu una cum Comitibus sancti Julii, & Foiffen obfessus, eruptione facta, obfidentes in fugam compulsi, ac decem, & septem millia ex ccc. occidit, octo tantum suorum desideratis. *Fulg. lib. 5. cap. 2. & Egnat. lib. 3. cap. 2.*

Cruceiferi Teutones ab Uladislao Lothico Polonorum rege ad pagum Plouee victi, xx. millia suorum amiserunt ex Polonis n. tantum desiderati, anno Christi 1332. *Cronmerus libro 11.*

JOANNES CORVINUS Voivoda Transylvania, expugnata urbe Nisa, Basæ Budensi obviam præxit, atque, ut in propinquo fuit, structis aciebus, certamen intui. Mira res: ex Turcis duo millia cæsa dicuntur, capta quatuor millia. Ex Christianis solum decem cecidere, quibus pro Christi noque certantibus benè putandum est obyvenisse. Signa militaria novem intercepta sunt, multa præda asportata, & spolia diestissima: reliqui, quos fuga moti eriperat, incolarum insultu perisse dicuntur, ad diem tertium Novembris. *Æneas Sylvius lib. 1. Epist. 44.*

FR. ALBUQUERCIUS, Lusitanæ classis præfectus, restituito rege Cochinchinensem regem Calecutientem ad pacem coegerat, ut pro damnis illatis certum piperis pondus rependeret. Accidit interim, ut navigium piperis onustum, quod Calecutiensis regis erat, Granganorem versus navigaret. Jacobus Fernandes Albuquerque in iussu misit, qui navigium caperet, & Cochinchinum perduceret. Rex Calecuti classem rursus instruere, & delectum habere instituit, ut mari, atque terra bellum Trimumparæ Cochinchini regi, atque Lusitanis inferret. Trimumpara ab Albuquerque postulat præsidia. Albuquerque id se facturum pollicitus: unam tantum navem cum duabus caravelis, & aliud parvum navigium illi cum centum Lusitanis reliquit: ita ut centum, & quinquaginta tantum Lusitani ad tanti belli molem sustinendam eo in loco remanerent. His omnibus præfectus erat Odoardus Paicicus. Qui, desperante rege, tantum esse Christi optimi maximi numerum asseruit, ut nru cum vellet, omnes hostiles copias profigeret: se pro certo habere, auxilium divinum sibi minime desaturum. Milites omnes flagitiorum confessione expiari, & epulo celesti confirmari jussit. Hinc omnes se sacramento obligarunt, ne ullum in se dedecus admitterent, ne pedem ullo timore referrent, ne alli pro aliorum defensione mori recusarent, neve fe caperemittere.

mitterent, neque postremo fuga salutem peterent: sed aut honeste occumberent, aut victoriam domum cum honestate summa reportarent. Rex eo tempore quinque tantum millia militum habebat, cum reliqui ad hostem transfugerent. Ex his Pacieo mille assignavit, quibus tamen ille parum fidebat. Calecutiensis copia numerum quinquaginta, & septem milia hominum, & eo amplius, efficiebant. At præter has, quæ terra ducebantur, classem xii. millium hominum instruxerat, centum, & sexaginta navium, quæ remis agerentur. Prælio commisso, ex Lusitanis nemo desideratus fuit, sed aliquot vulnerati. Ex hostibus supra mille, & trecenti cecidere. Constat, multos Lusitanos ferreis pilis acerrimè percussos extitisse, qui tamen non aliud ex illis incommodum acceperunt, quam contusionis leviter inscriptæ notam. Ipso Resurrectionis die nova classe rex Calecutiensis invehitur, xv. millibus militum instructa, Lusitaniam in angustiis vadis ita excipere, ut octodecim Baronibus depressis, ccc. hostium interfecerit, nemine è suis desiderato. Tertio navali prælio non mediorem fortunam in alio loco Calecutiensis expertus est, Pacieo mirabili fortitudine hostium vim excipiente, & admiranda celeritate per intermediam quietem hostilem agrum vastante. Ad Palignarium vadum classem hostium ducentarum, & quinquaginta navium iterum victa: cumque pessilientia laborare cepisset, rescindi naves spatium Lusitanis datum. Consilio interim Brachmanum diis suis pro victoria sanum Calecutiensis vocit. Pacieus in Palignario vado, in duobus navigiis, cum quadraginta tantum hominibus Lusitanis regis copias expectabat. Cum recedente astu hostes vadum magna vi transisset, & Lusitanos multitudine premerent, neque naves se loco movere possent: Pacieus se funditus eversum cernens, divinam operam maximis vocibus imploravit, Deique præsentissimum numen sibi adesse pensit: æstus enim se vehementius incitavit, & vadum aquis operit, & prælium illud per horas novem, quo nullum eo in bello acris exiterat, dicitur. In eo Calecutiensis tam multas naves, atque milites amisit, quam multos nullo adhuc in prælium miserat. Ex Lusitanis autem, cum sagittis, jaculis hastis, & infinita pilularum multitudine, & acerrima immanissimorum hostium contentione peterent, nemo tamen cecidit. Non multo post novis copiis Calecutiensis classem auxit, maxime cum castella navibus imposuisset, ut recedente

Cælestiis naves Lusitanorum è superiore loco telis, atque flammis obrueret. Commisso prælio tanta telorum vis ab hostibus coniecta fuit, ut nihil aliud, quam sagittæ densissimæ, & globi ferrei, & plumbæ, in tenebris illis, quas fumus efficiebat, & in illis horribilis incendiis cerni, & conspici possent. His Pacieus maxima voce, ut ab hominibus audiretur: O summe cœli rector, inquit, scio me commississe flagitia maxima supplicio digna. Te tamen suppliciter oro, ut in aliud tempus vindictam differas, in quo non decus, & gloria tui sanctissimi nominis agatur. Hæc ubi dixit, iterum tormentum dirigi, atque librari acriter in adversam aciem iussit. Emisit cum maximo fragore globus, castelli omnium maximi, & infestissimi bonam partem dissipavit, & homines in mare deturbavit: Lusitanis manus in cœlum tendere, Christi nomen celebrare, numen illius præsens agnoscere, & tunc multo alacrius hostibus obsistere. Fuit tandem castellum aliis globorum icibus disiectum. Prælium cum prima luce commissum fuisset, ad vesperum ductum fuit. Astus tandem violenter accedens, vadum complevit, aquis, & castella in contrariam partem compulsi. Ex Lusitanis multi vulnerati fuerunt, nulli tamen occisus. Calecutiensis tanti dedecoris offensione regno se abdicavit, & Naubadarum nepotem, in regia sede constituit, ipseque ad religionem consecratas ingressus est. Fuit bellum hoc à Pacieo, ann. 1504. usque ad Septembrem intra quinque menses maximo cum labore, & hominis insigni gloria contentum: in quo quidem, ut postea compertum fuit, hostis undeviginti millia hominum partim morbis, partim præliis amisit, & magnam præterea navium multitudinem.

PATEONUS Saracenus, regulus Java majoris, ut regem Malacensem everteret, septem, aut octo annos in classe comparanda consumpsit: tanto silentio, ut ne suspicione quidem ulla quisquam id assequi poterit: etiam si multos Malacam cum mercibus submitteret, ut mercatorum habitu, & specie lateret: & cum opus esset, armis imparatos adorirentur. Capta interim à Lusitanis Malaca ccc. navium classe, improvisis Lusitanos opprimere cogitavit. Andrasium Lusitanum classem sedecim navium præfecerat: Alonfus Albuquerque Indiarum prætor. Ea hostes aggressus Andrasius, & eminus

tantum rem tormentis petens, cum integre diei prælium nox interrupisset, sequenti mane reintegrata pugna, memorabili victoria hostes superavit. Patconius se fuga in Javam proripuit, amissis quinquaginta novem navibus maximis eius, quas appellavit Juncos. Sexaginta in prælium adduxerat, una tantum ex illis evasit. Longarum verò navium, & velocium, quæ vel incensa, vel depressa sunt, ingens multitudo fuit. Supra octo millia hominum vel cæsa, vel incendio consumpta sunt. E Lusitanis triginta desiderati sunt, vulnerati quamplurimi, *Osorius lib. 8. rer. Em.*

Sub initia belli, quod Carolus Burgundie cum Helvetiis gessit, Comes Rotundi montis cum xxxm. Burgundorum ab Helvetiis ad Ellicuriam fusus est, amissi suorum m. dccc. cum Helvetiis ex suis ne unum quidem desiderasset. Anno Domini 1474.

Helvetiorum mille in Svangiam prædandi causa profecti A. D. 1499. ut Cæsarianis hostibus quacunq; ratione infestis essent, propè Basileam ex improviso hostium odio millibus, quorum dux erat Fredericus Caplerus, supervenientes, prælio commisso, sexcentos Cæsarianorum trucidaverunt, reliquos in fugam, verterunt, unico ex suis desiderato, non paucis tamen vulneratis.

Anno Salutis 1500. ordinis Teutonici Magister Walterus à Plettenburg, cum Moschis confiditurus, publica juvenia, & solemnes Litaniae instituit. Ipso Exaltationis S. Crucis die, ad urbem Pfcoviam exercitum duxit. Juxta hanc sita est planities duorum milliarum latitudine patens: in quam cum devenerunt, obviam processit Moschoviticus exercitus, centum millia armatorum (in duodecim acies distributus) continens. His adjunctæ erant Tartarorum triginta millia. Initio prælio fuit hostes tanta strage, ut cum ex Teutonico unus dumtaxat desideraretur, complures non lethaliter vulnerati essent, Moschovitarum, & Tartarorum circiter centena millia ceciderunt: ita ut duobus milliaribus cadavera postea protrata jacerent, triginta verò millia fuga clapsa sunt. Hanc cladem suorum Moschorum Dux Basilus Joannis audiens, cum summo stupore admiratus, tantum exercitum, tam exigua manu turpiter casum, & prostratum, ad quinquaginta annos cum Teutonico inducias concessit firmavit: Ruthenique, & Moschovita ab eo tempore Teutonicos, feroces viros appellarunt, *Guaguinus in descriptione Livonia.*

Cum cade, & sanguine utriusque partis.
Consule Tit. Strages magna. Hic Victoria, illic Moris habetur ratio.

TOMYRIS Massagetarum regina cum Cyro Persarum rege cruentissimo Marte inter omnes Barbarorum pugnas certavit, & Cyro occiso victoriam adeptæ est. *Herod. lib. 1.*

ORTHALIDES Spartiatis, cum Inter Achivos, & Spartiatis convenisset, ut trecenti utriusque delecti, de agro Tyreate inter se decernerent, & utri superiores extitissent, eorum regio foret: unus hic tantum victor è Spartiatis, super fuit (cum duo, qui ex Achivis reliqui erant, fugissent, castris suis relicti) trophæum constituit, sanguine suo victoriam inscripsit: & ne Iolus superesset, gladio sponte incubuit. *Valerius Max. 6. Plut.*

Ex ccc. Spartanis, mille Phocenibus, & septingentis Thespiensibus, qui ad Thermopylas contra Perfas pugnarunt, duo tantum Lacedæmonii superstites manserunt, Aristodemus, & Pantides. Reliqui à Xerxis exercitu, non sine maxima tamen clade (ad 20. enim millia amisit) ad internecionem cæsi.

CONSTANTINUS Imper. cum Magnentio tyranno, apud Murian Pannonia, manus conferuit, & vicit magna strage hostium, & suorum. Magnentius aufugit, suo equo relicto, ut scilicet putaretur mortuus. Victor Constantius altera die consensu tumultu, unde late planities tota conspici poterat, cum repletam cadaveribus conspexisset, ingenuit, cæcos omnes sepeliri iussit, vulneratos curari. Tradunt historici exercitum Magnentii ex xxx. millibus, Constantii Augusti ex lxx. millibus fortissimum fuisse: ac perisse illic xxxv. hinc prope xxx. millia. *Cæsp.*

Paganus Aurla in Oriente trium, & quadraginta triremium Genuensium dux, quo tempore inter Genuenses, ac Venetos bellum gerebatur, cum sciret hostium classem, junctis Græcis, ac Cætelanis, decem supra centum triremium numerum implevisse, ut non nisi à fronte pugnare cogeretur, ad Thracium Bosphorum, quâ in Euximum mare iret (id nunc sancti Geor-

Georgii brachium appellant) se recepit. Eo in loco diem, noctemque totam ab hostium classe graviter oppugnans, cum ventis quoque adversus esset, Pancratium Justinianum Venetæ, & Pontium Cætelanz, classium duces occidit: captoque magno triremium hostium numero, victoria, ut sudoris, sanguinisque, ita gloria quoque ingentis plena potitus est. *Fulg. lib. 3. cap. 2.*

Cum sanguine suorum.
 PYRRHUS Epirotarum rex, bis commisso cum Romanis prælio vicerat: sed desideratis compluribus amicis, & ducibus: Si uno, inquit, adhuc prælio Romanos vicimus, actum erit nobis. *Plut.*

Est hodie, erique semper tristis ad recordationem, Varnensis illa acies in ora Pontici maris, quam Ladislaus regum rex fortissimus, & Joannes Huniades cum Amurathe Turcarum rege confixerunt, Huniades victus excessit, Ladislaus mortem occubuit. Quantum Christiani sanguinis pugna illa hauserit, ex eo facile conicitur, quod exiis, qui vicerunt, duodequadraginta millia post pugnam fuit desiderata. Itaque Amurathes à Mahumete suo victorias similes in posterum B. deprecatus esse dicitur. *Sab. lib. 8. c. 5.*

FRUCTUS VICTORIAE FRUCTUOSA, GLORIOSA, DUBIA.

LYSANDER Lacedæmonius ad Ægros fluvium Thraciæ Athenienses ex duceum secedia, & imperitia classe exiit. Cepit cum ducibus tria millia capitum, & totam classem, excepta Paralo, & octo navibus, quæ evolaverant cum Cimone: Navibus puppi abstratis & castris direptis, recepit se ad tibias, & cantenas triumphales Lampfacum: cum rem tenuissimo labore præcelsissimam peregisset, ac bellum una hora complevisset longissimum, maximeque varium, claudibusque, & castris præ bellicis prioribus supra omnem fidem novum: quod cum sexcentis certaminum alternatis formis, & vicissitudines, & tot Græciæ duces, quot ne univerfa quidem superari, confecisset: unus est consilio, & virtute perpetuatum iri. Quare hoc opus existimaverunt quidam divinum. Fuerunt, C. qui Calorem, & Pollucem utrinque in Lyandri navi, ubi primum portu evectus in hostes est, micæse fidera in clavo ferat. Alii tamen lapidem delapsam ad Ægros flumen, prænunciante Anaxagora, autumant hujus cladis fuisse ostentum. *Plut. in Lyandro.*

GAL. MAXIMIANUS fœda strage affectus à Nasæ Perfarum rege, mox Diocletiani permisso reparatis copiis, victoria memorabili potitus est. Nam majorem eorum partem occidit, & reliquos unâ cum rege saucio in fugam se dare coegit, & castra opulentissima cepit, ubi maximam vim gaze Persicæ reperit. Ad cæteros captivos factos, genere, ac dignitate præstantes, ipsam conjugem, forores, liberisque regis in potestatem adduxit, quas eximio in honore habuit. Quare pace, quam rex postulavit, ex sententia facta, Mesopotamiam, & quinque trans Tigridem provincias recepit, atque iterum limitem super Tigridem reformavit. Atque ita finibus Orientis prolati, novo victoriæ decore superioris cladis signomiam profus obliteravit. *Signon. l. 1. Imp. Occid.*

REUTHERUS, vel REUDA rex Scotorum V. l. captus in bello contra Dovalum, à Scotis, gesto, mox liberatur. Prælium contra Britones auxilio Gethi affinis reintegrat, & hostem D. incogitantem, atque imparatum opprimere conatur. Verum ubi ipsum obviam habuerunt, ita conflixerunt atrociter, ut neutra acies è præliis discesserit. Ex eo, utriusque claudibus defatigatis, pax in aliquot annos fuit, & Reutherus in antiquam sedem Argathelliam concessit, Scotique diu ab eo Dalreudim appellati sunt. (Dal enim Scotorum lingua, Partem significat.) Inde progressus, brevi regnum ad fines antiquos promovit, ac decessit Berigonii. A. M. 3777. regni 26. H. *Henningus in Genal.*

Obfederat Christophorus Tieffenbachius anno 1594. Hævanam superioris Ungariæ. Certior autem factus Turcici exercitus, qui in subsidium obsessorum veniret, instructa mox acie ei obviam processit. Cumque non parva cum difficultate flumen transmississet, & hostiles copias, ipsis Calendis Maii, die Dominico prima post meridiem hora, inter Zarcham, & Fucalavium afflictoque esset, majora tormenta omnia in eas direxit, & maximo cum turbatione detrimentum exoneravit. Prostrato exercitus tergo, turbaticum ordinibus, suos magna cum fortitudine in hostem duxit. Pugnantem est acriter: Christiani superiores obvios quoque cædunt. Instat Tieffenbachius, inceptat ignavos, laudat fortes, donec tandem fortissimi. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

mis quibusque amissis, Turcæ in effusam fugam conversi sunt. Fures sex Germanorum, & Ungarorum millibus persecutus est, qui quotquot assequi poterunt, Budam usque trucidarunt. In hac pugna Christiani omnes hostiles machinas, & septemdecim signa obtinuerunt: occupaverunt etiam munitissimam arcem Jalperinum, quam Turcæ metu fugientes deferuerant. In ea non contentendus cum metuetis, aliquot machinæ curules, & apparatus bellicus non exiguis repertus est. *M. Janson. S. Histor.*

OCCASIONIS VICTORIAE PARTA.

Dei invocatione, reconciliations.
Ex Titulo, Preces exaudita, huc exempla Victoriarum.

Propter sacrilegium Acham, Israëlitæ fugati sunt ab Haitis. Post expiationem autem peccati ad præceptum Domini capta fuit civitas, & subverta. *Josue 7. 8.*

In desertis ad Raphidim Amalech prælio cum Israëlitibus ex Ægypto profectis dimicavit. Moyse Josue exercitui præfuit. Ipse in jugo collis stans, virgam divinum secum habens, ab ortu ad occasum Solis usque orationi intentus erat. Et Moyse quidem manus attolente, vincebant Israëlitæ: remittente, Amalech. Cum igitur eum manus gravarent, fassus illi supposuerunt, in quo sederet. Deinde Aaron, & Hur usque alter ex altera parte fulcivit, ut labori sufficeret, donec Amalech superaretur. *Exodi 17.*

Rex Arad pugnavit contra Israëlitas, & duxit inde prædam. Illi verò voto se Domino obligantes, urbes hostium everterunt. *Nam. 21.*

XI. tribus Israëlitarum Benjamitas propter stuprum in uxorem Levitæ commissum justo bello prosequerentur, & erant plures septuplo: tamen fortitudini, & multitudini suæ confidentes, bis fuerunt victi. Postquam verò hostibus, & junvantibus, dixit Dominus. Cras tradam illos in manus vestras, eos ad internecionem ferè cæcidurunt. *Judicum 30.*

ABIAS rex Juda circumvenit ab hostibus clamavit ad Dominum. Sacerdotes canere tubis ceperunt, & perterritus Dominus Jeroboam, Israëlitarum regem, quorum occiderunt ad dm. 2. *Parol. 13.*

ZARA Æthiops decies centenis millibus Judæam invaserat. Rex Afa invocavit Dominum, dicens: Domine non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliieris, an in multis. Exterritus itaque Dominus Æthiopes, & ruerunt usque ad internecionem, quia Domino cædente contritus fuit. *2. Paral. 14.*

Contra Josaphat Afa Judæarum regem coierunt ingentes Syrorum copia, Moabitum videriles, Ammonitarum, & Idumæorum, apud Engaddi. Rex ad jejuniâ, & preces omnem populum cohortatus, à Jahaziel Zachariæ V. propheta illis occurrere iussus est. Occurrit in solitudinem usque Thecua præcedentibus Levitis, & cantoribus, divinas laudes concinentibus, & dictu mirabile, absque occasione ulla, hostes seipso mutuis vulneribus consecrere, ita ut Judæi superveientes absque omni pugna triduum integrum in prædatione consumerent. Die quarto convenerunt in valle gratiarum actionis, ex eo dicta, quod ibi Domino gratias egerunt. *2. Paral. 20.*

Videns Judas Machabæus exercitum Scronis magnum, locis timentibus ait: Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis, vel in paucis. Et contritus est Scron, & exercitus ejus. *1. Mach. 3.* Quandoque pugnaturus oravit, & exercitum auxilium invocavit, semper vicit. In duobus autem præcipuis bellis orasse non legitur. Unum fuit contra Antiochum Eupatorem: secundum contra Bacchidem, & Alcintium, & tunc ipse in prælio perit. *Machab. 6. 19. 9.*

Sabini ob raptas Consulatus. Iudis Sabinas Romanis, finitumorum auxiliis instructi, bellum intulerunt: jamque in urbem ipsam ex arce, quam proditione virginis Tarpeje occupant, impetum fecerant. Occurrunt illis Romani, sed loci iniquitate coacti, in turpem se fugam effuderunt: cum Romulus Rex, ubi humano consilio, & audacia nihil superesse videret, Statori Joviadem voto nuncupavit, si fugientibus suis metum ademisset, sisteretque Romanum adversus hostem, qui à tergo victor instabat. Nec mora, voti composuit, restitutaque acie, & aequata pugna, ad Curtium usque lacum triumphantes jam de victoria Sabinos magna strage repulsi. *Plut. in Rom.*

Contra Fidenates, & Veientes Tullus Hostilius rex Romanorum direxerat aciem, cum ab eo Metius Suffetius Albanorum dictator deficit. In suo iusto Albanos fecisse, uti hostes a tergo circumvenirent, distans, humano destitutus, auxilium divinum imploravit, Martique duodecim vocit Salios: quos voti compos victor exolvit.

Decii duo devoventes se pro patria, victoriam pro Romanis, vel placato, vel certe conciliato pepererunt numine. P. Decius pater ad Verferim Campanie contra Latinos: filius in Sentinati, contra Gallos, Samnites, & Ethruos, inclinatis suorum acies morte sua restituerunt, hostiumque exercitui terrorem iniecerunt, formidinem, turpemque fugam.

Vide Titulum, Devoti pro patria. Cum Iudi Apollinares Romae primò celebrarentur, repente hostis adventu plebs ad arma excitata hosti occurrit, eoque tempore nubes sagittarum in adversos visa ferri, & hostem fugavit, & victores Romanos ad spectacula Dei hospitalem reduxit. Macrobiolib. 1. Saturn. cap. 18.

Theodosius Imp. cum Eugenio tyranno in Alpibus dimicaturus, Deum Opt. Max. sic precatus dicitur: Tu Omnipotens Deus nostri, quia in nomine Christi filii tui, ultionis iustæ, ut puto, praelia hæc suscepi: si fecus, in me vindica. Si verò cum causa probabili, & in te confusus huc veni, porrige dexteram tuis, ne fortè dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Vix finitis precibus, ventus adeo vehementer ortus est, ut tela hostium in eos, qui jecerant, retorquerentur. Sozom. lib. 7. cap. 28. Niceph. lib. 12. cap. 39. Socr. lib. 5. cap. 25. Eugenius captus, & cæcus est. Arbogastes sibi ipsi manus intulit. Ferunt nocte, quæ pugnam præcessit, duos viros in somnis visos, qui Imperatori Theodosio apparuerunt, candidis vestibus, victoriam promittentes: qui & militi cuidam apparuerunt, quorum alter Joannes Evangelista, Philippus alter Apostolus fuisse narrantur. Culp.

Post interemptum tyrannum Joannem, qui Ravennæ imperium occuparat, mortuo Honorio Imp. Barbari, quos auxilii gratia ille sibi adjunxerat, Romanum imperium adorti conabantur. Theodosius Imp. more suo precibus solis pugnavit, & gloriosam à Deo liberationem obtinuit. Etenim Ruges Barbarorum illorum dux fulmine ictus mortuus est: & subsequuta epidemia, maximam exercitus partem perdidit: & reliquam partem ignis celo delapsus absumpsit: ut suo cum damno ingenti ad postremum Barbari ipsi cognoscere, mirabiliter à Deo adjuvam fuisse gentem Romanam. Soc. lib. 7. cap. 43. Theod. qui Rugam hunc, Rhodium vocat.

Clodoveus Francorum rex, ad Tibiacum oppidum cum Alemannis congressurus, humana jam spe destitutus, ut miseris rebus afflato, ad opem cælestem implorandam versus, fidei uxori Clotildi in pacificendis nuptiis datæ memor, Christum servatorem se professurum vocit, si victor domum rediret. Continuo alacritate nova exortit, turmam, quam corporis sui tegendi causa ex delectissimis coegerat juvenutis proceribus, in hostem circumegit: signaque quasi tunc primum pugna committeretur, canere deintegro iussit. Tunc verò veluti cælesti numine rem Francicam respiciente, mutata praelii fortuna, qui terga passim dederant, exhortantibus ducibus oblii vulnerum, laborisque, ad delendum dedecus in praelium restitutus ordinibus rediere. Atoniti hostes miraculo, ut segnius secuti fuerant, primum consistere: deinde impressione valida loco moti, certiores, effusioresque ipsi, acris instante Franco, fugam capessere ceperunt. Ingens cædes infecuta. Cecidit & Alemannorum rex Alemannia fracta, ingens tributum pendere iussa: leges etiam graves, magistratufque ab nato victore accepit. Amilius lib. 1.

Supthar Hunnorum rex, cum in Gallia Burgundiones opprimeret, illi Deum Christianorum spem suam ponentes, se baptizari petierunt. Et statim Hunnis congressi, pauci multa millia eorum peremerunt, & rabiem ipsorum refrænaverunt. Sigeb. in Chron.

Penda Merciorum rex in Anglia multis cædibus Christianorum nobilitatus, cum numerofo, & maxime valido exercitu sapientissimum regem Morthanimbrotum Ofuvium efflet adortus, invocatus Deus suppetias tulit: & facto conflictu, à parva manu fusa sunt, & prostrata ingentes copie Penda; inter quas ipse etiam tyrannus cecidit. Beda lib. 4. Hist. Eccl. gentis Angl. cap. 24.

Britanni contra Anglo-Saxones pugnaturis, anno 492. Germanus Altitudorensis Episcopus (qui cum Lupo Trecento

sum Episcopo ad extirpandam Pelagii hæresim in insulam transiit) in ipsis Pascha solemnibus, non armis, sed fide, E pietate, innocentia munitus, sese agminis ducento profectur. Mirum dictu, quantum Britannum numero creverit cum animo, tum viribus. Itaque peracto die festo, in Saxones tendit, castraque quam proximè ponit. Postridie tantam vim multo maneat facta, pollicit à Deo victoriam, idem etiam cunctis orantibus. Mox signum pugnae datur, tantumque clamoris edit, ut hostes ubi vident in se iri, repente metu contruant, abjectisque armis, in pedes se perinde dent, ac si longo certamine victis, desperata jam salute, aliud non sit remedium fuga opportunius. Ita divina ope parva victoria, nulla cædes, nullus captivus. Pold. lib. 3. Bonfinius lib. 4. Dec. 1.

MALCOLMUS II. Scotorum rex ab Olavo, & Eneto ducibus Suevoniæ regis, Danie, & Angliæ ad Murthlacum vicum Marrae victus, ubi ad D. Moloci facellum pervenit, Dei auxilium implorans, Deiparæ virginis, & verò ipsimet Moloco, augustissimum templum vocit. Sub eam vocem Scoti ad cedentem hostem conversi, ingentem cladem fecerunt divinitus acti exercere. Ipse rex in Enetum equo insidentem nudato capite, veluti victoriam jam, in Scotos jacentem convicia, cum globo ferocissimorum juvenum impetum fecit, ac equo dejectum interemit. H. Boeth. lib. 11.

Captis bello sacro Hierosolymis, Ægyptius Sultanus animum idcirco non deponit. Ad Afcalonem tantæ copie exercitus ditionis ejus, à sociis, & federatis convenerat, ut eo bello sacro majores in unum coerent. Latini humanæ opes, auxiliumque nihil sibi reliqui ceteris: cælestis numinis præsidium summa religione implorant, memores in protegenda priorum causâ, paucitatis virtutem, fiduciamque cælestis auxilii, de numero impiorum fidem excedente victoriam reportasse. Ac si unquam, tunc maxime superi à piis steteret, Barbari, cum nostri appropinquarent, quos ne primum quidem conspectum suum laturos crederant, comperta eorum alacritate, velut Paniceis acti, ac quasi oculis, animoque eorum truci Latinarum specie observante, fuga, formidine, ac ameni confirmatione affecti, strage etiam oppressi sunt. Tunc quoque plus centum millia caesa feruntur. Præda tanta parva, quanta non antè, si omnia hujus belli praelia in unum conferantur. Rediunt Hierosolyma: Edes sacræ patrefactæ, abstergo cruore, Duces, militefque ad aras procubuerunt, in nomen hymanos concinentes, quad victorias victoriis cumulatet, novofque semper de Barbaris triumphos præberet. Literæ in Europam ad Pontificem Max. Regefque datæ, ac missi, qui gaudium ingens nunciarent: Confectum Turcicum bellum, Ægyptios casos, Orienti jugum impostum, summis Ducibus incolumibus sacrum recuperatum, ac Christo redditum. Urbs Roma, & pia Regia dies festos egere: omne genus hominum, omnis ætas, ordo, templa reverentissimè circumjere: sacra facta, nullum lætitiæ, religionifque genus, munifve prætermissum. Amilius lib. 11.

A. Philippo Augusto Francorum rex contra Othonem IV. Imp. gravissima exitit Bovinensis pugna (ita pontem vocant, ad quem commissa fuit.) In Othonis Cæsaris exercitu centum quinquaginta millia pedum fuisse ferunt: de equorum numero minus constat: convenit ad mille quingentos equites, qui aurato baltheo virtutis causa donati fuerant, ab Othone sterisse. Otho cum sua gentis proceribus fugit. Tringinta majorum ordinum doctores capti. Augustus, veluti cælesti beneficio victor, templum prope Syriacum Virginem extruxit, locupletavitque, addito à victoria cognomine. Initio sacerdotum jura minus sancta duxerat ex ea die auctiora voluit. Conquerentibus regis magistratibus, prædictisque augendo jure sacerdotum, regia jura immunit, respondit tunc esse, actam per spicua cæli in se, Franciamque beneficentia, ut sacerdotibus, templifque nihil denegare jure possit ex istis rebus, quas divina potius quam humana ope integras florentesque, ac victrices haberet. Nam dum ipse æstu diet, ac itineris præproptrii celebritate fessus, sub fixo quietem caperet: excitatus à suis, qui aut pugnam inflant, aut cum ignominia difcedendum dicerent: iussit illis quod inflaret tantisper agere, proximam ædem divo Petro sacram ingressus: ac Deum Opt. Max. venerat, ingentem vultu fiduciam præferens cum providisset ad suos, quasi certa & explorata victoria, incredibili alacritate suorum animos accendit. Amilius lib. 10.

CAROLO IX. Gallie regi, cum in pugna Tarenfi, adversus irruentem Francicum Gonzagam Mantuanum, Veneti exercitus generalem gubernatorem, paucis suorum stipatus, magno animo egregie se, magis sua, equique ferocitate, quam suorum tueretur: ad divina præsidia conversus, Dionysio, & Martino, Gallie regni diuturnissimis habitis vocit: si se cum exercitu incolumem in Taurinos educerent, simul ac trans Alpes redisset, se ad eorum sana, quorum alterum Lutetia Parisiorum, apud Turones alterum, cum maximis donis venturum: ad hæc anniversariis magna cum solemnitate, ac ceremoniis sacræ, tanti ab eis accepti beneficii memoriam celebraturum. Quibus votis nuncupatis, quasi vigore auctus, supra solitas vires, supraque naturæ habitum, majore animo pugnam capessit. Guice. lib. 2. Hist.

Turcarum Imp. Amurathes, cum suos in pugna Varnenfi ab Uladislao rege Hung. qui violato federe prior bellum fecerat, non sine magna cæde fugari conspiceret, ad expianda violatæ fidei piacula, ad ulciscendam Christianorum perfidiam, & ad vindicandum jus recisatæ pacis de promptu e loco codicem inibi sanctissimè fœderis explicat: intensifque in cœlum oculis: Hæc sunt (inquit ingeminans) Jesu Christe fœdera, quæ Christiani tui mecum percussere: per numentum sanctè jurant, datamque sub nomine tuo fidem violant, fidei tuam Deum abnegant. Nunc Christe, si Deus es (ut ajunt) & nos hallucinamur, tuas meaque hic injurias, te quofuo ulciscere: & his, qui sanctum tuum nomen nondam agnovere violatæ fidei pœnas, ostende. Vix hæc dixerat, qui ultimum in se impetum expectabat, cum prælium, quod anceps, ac dubium diu fuerat, inclinare cepit: nam camelorum onerariorum interventu, & cæde ad prædam Hungari animo convertentem. Tandem trucidato rege Uladislao, Hungari in fugam eonjacti, nobilem victoriam Amurathi reliquerunt. Bonfinius lib. 6. Dec. 3.

Divino instinctu, hortatu.

EX S. SCRIPTURA.

Ex præcepto Domini pugnantibus Israelitis contra Madianitas, tantam victoriam habuerunt, quod triginta duo millia virginum fuerunt in præda: cxxxii. m. Israelitarum ne unus quidem in prælio cecidit. Num. 31.

Vociferante populo, & clangentibus tubis, sicut præceperat Josue, muri Hierichonis concruerunt. Josue 6.

Post mortem Josue, Israelitis non leguntur ivisse ad prælium, nisi prius consulto Domino. Tradidit ergo Dominus Chananeam, & Pheræzæam in manus eorum. Judic. c. 1.

Suscitavit Dominus Iffraeli salyatorum nomine Ehdud, qui percussit Eglon, regem Moabitarum, descendenteque eum eo filii Israél, ipso in fronte gradiente, qui dixit ad eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros in manus nostras. Et percussit eum de Moabitibus circiter decem millia. Judic. cap. 3.

Dixit Delbora vates ad Barach: Surge, hæc est dies, in qua tradidit Dominus Sifaram in manus tuas. Perterritusque Dominus Sifaram, & omnes eurus ejus, ita ut omnis hostium multitudo usque interneccionem cederet. Judic. 4.

Trecentis viris, qui manu aquam hauriebant, liberavit Dominus Israelitas de manu Madianitarum, & Amalechitarum, qui erant in maxima multitudine, tempore Gedeonis. Judic. cum 7.

Israhelitarum duci Ammonitarum tradidit Dominus: percussitque viginti civitates Ammonitarum plaga magna. Judic. 11.

SAMSON divina ope multas victorias obtinuit de Philistæis, gravi servitute opprimens cæditque Saul Amalechitas, & cepit Agag regem. 1. Reg. 15.

Audiens David, quod Amalechitæ succedissent Sieleg, & captivas duxissent mulieres, consulto Domino percutitur est illos cum quadringentis viris: & prædam universam recepit. 1. Reg. 30.

ACHAB Israelitarum rex, Samaria obsessus à Benadad Syrorum rege insolentissimo, divino monitu ducentos triginta duos pretorum calones sub meridie emisit, qui Syros in umbraculis perpotantes aggressi, eos in fugam verterunt, maximaque strage affecerunt. Mox cum in eum venisset Benadad exercitum reparasset, Achab Michæ propheta monitu cum aggressus, in acie centum Syrorum milia occidit. 27. millia, urbis Aphæ murorum ruina perire. Rex ipse captus est. 3. Reg. 20.

* Jahaziel propheta pollicitus Regi Josaphat insignem victoriam, subiecit. Videtis auxilium Domini super vos, nolite timere. Cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum. 2. Paralip. c. 20.

HISTORICA.

Niceph. lib. 7. cap. 47. dicit, Constantinum Magnum bello contra Byzantinos, cum jam bis victus esset, iterum vidisse signum crucis in cælo stellis effigiatum, cum hac inscriptione. In hoc signo hostes omnes vinces. Idque postridie sic accidisse. Item lib. 7. cap. 49. auct. est, cum in bello contra Scythas tertio crucem illam vidisset.

Pugnante contra Eugenium tyrannum ad Julias Alpes Theodosio Magno (uti Theodoretus, & Zosimus scribunt) cum defectio Solis incidisset tanta, ut noctis tenebras adæquaret: Gothi propè omnes, qui Theodosio militabant (decem millia fuisse feruntur) unâ cum Bacurio duce desiderati sunt, nox prælium diremit. Hoc detrimto illato, Eugenius per noctem in castra regressus, munera distribuerat, qui se strenuè gesserant, cepit: & tanquam nullo à Theodosio imminente periculo, ut corpora quietè curarent præcepit. Theodosium verò sui monuerunt, ut bellum in ver proximum prorogaret, ac majorem exercitum compararet, ut multitudine par esse Eugenio posset. Quod Theodosius se facturum negavit, ac per totam noctem Deum se victoriam supplicavit. Sub gallicium verò somno vidus, sibi visus est duos viros equis candidis insidentes, qui se bonum animum habere juberent, & ut prima luce in prælium rediret, monerent: nam ipsum victoriam posturum, quorum alter se Joannem, alter Philippum Apostolos esse dicebat. Hoc idem visum militi quoque apparuit, idque per Tribunum ad Theodosium delatit. Theodosius inde exercitum alloquutus, quæ sibi, & militi visâ in somnis essent, exposuit, atque omnes arma capere, & fortissimo pro libertate, & fide pugnatæ præcepit: atque illa cæcitate die, copiis in prælium eductis, hostes somno, vinoque mertos invasit, atque superavit. Sigon. lib. 9. Imp. occid.

Guido Africæ Comes, post Theodosii Imp. mortem, Africam usurpare coeperat, ac duos fratres Macezilis, vel Macezerei filios adolecentes, à patre in Africana militia relictos, interfecerat. Contra eum missus ab Honorio Imp. Macezil frater (qui sub Theodosio militaverat: ab eoque didicerat, quantum in rebus etiam desperatissimis valeret oratio hominis, per fidem Christi clementiam Dei invocans) in Caprariam prius insulam secessit, indeque Christianos Deum colentes aliquot abduxit, cum quibus, diebus aliquot, & noctibus, orationibus, ac jeuniis vacavit, ad Ardeatium flumen calstrametatus, per fontem sibi videre visus est Ambrosium Episcopum Mediolanensem paulò antè defunctum, qui manu sibi significaret, atque impacto ad humum ter baculo diceret: Hic, hic, hic. Macezil igitur prudenter intellexit conjectura, verbo locum, numero verò diem significari congressus, ibique subsistit. Tertio demum die, post noctem in orationibus hymnifque transactam, ab ipsis cælestium sacramentorum mysteriis in hostem processit, & quinque millibus hostium lxxv. m. superavit, una concione de pace ad barbaros habita, & oppressione signiferi unius insolenter obfistit, non disstante Arcadii Imperatoris obitum. P. Diacon. lib. 13.

OVINUS Gallicanus præfectus urbis Romæ, Constantiæ Constantini magni F. nuptias expetebat. Constantinus libenter & ipsi, & comitibus, ac præfectis omnibus pro illo orantibus morem gessisset, si Virginem Christo deditam perelli posse ad matrimonium viri, adhuc errore gentilitatis infecti, duxisset. Qua ex re eum vehementer animo angeretur, Constantia ei dixit: Noli propterea laborare pater, sed responde: si ille, Scytharum gentem, qui se in Thraciam intulerant, armis domuerit, fore, ut me consul ducat: proinde duas suas filias, Atticam, & Artemjam, apud me interim ponat, atque ipse Joannem, & Paulum primicerium meum apud se habeat, ut & ipse me per familiares suos alloqui, & ego illum ex filiabus ejus possim agnoscere. Gallicanus condicione accepta, factis in Capitolio hædis, properavit in Thraciam, ac rem cum Scythis magna mole gerere instituit. Deinde in urbe Philippis obsessus est, ac pugnis aliquot adversis exteritus, salutem suam non in virtute militum, sed in munitione murorum posuit: inde à militibus destitutum, ac sese fuga ex obfidione eximere molientem, Joannes, & Paulus monuerunt, ut

vorum Deo faceret, se, si victoriam retulisset, Christi cultui A dediturum. Quo facto oblata est illi species Juvenis statua excelli, ferentis humero Crucem, qui dixit: Sume gladium tuum, & sequere me. Illo vero obediens, armati apparuerunt milites, qui se illi operam navare dixerunt, proinde extemplo castra hostium invaderet, & regem eorum appeteret. Quod cum ille fecisset, insigni victoria negotio nullo potius, regem procutubentem ad pedes habuit, atque hostium nemine violari permisso, Scythis ex Thracia pulvis tributum annuum imperavit. Ex tribus autem militum, qui ad se redierant, neminem, nisi in Christum credentem, recepit: qui vero Christo se devoverunt, ad gradum sublimiorem provexit, ceteros munere militiae spoliavit. Postero vero anno reversus Romam, atque honorifice a Constantino exceptus, antequam urbem iniret, sacra, ut inquit Terentianus, hujusce auctor historiae, Apostolorum limina in Vaticanum adivit, ac gratias Deo omnipotenti, morte Christianorum, de tanta victoria egit. Cuius rei admiratione captus Constantinus: Quid hoc rei est, Gallicane, inquit: quod tu, cum ad bellum proficisceris, Capitolium ingressus demonibus immolasti, nunc victor reversus, Christum, & Apostolos ejus adoras? Cui Gallicanus rem obmonet, ut evenerat, enarravit: illud demum adjungens, se tanto Deo beneficio affectum, atque post hac suam in ipsius Dei servitio consumere, atque a conjugio abstinere firmo animi decreto constituisse: proinde illum orare, ut sibi successorem daret, quo liberè post religioni vacare, & in cognita veritate persistere. Quem complexus Constantinus, filius ejus Christo consecratus edocuit, atque ipsum in Palatium duxit. Cui Helena Augusta mater, & Constantia virgo, & Antica, atque Artemia filiae occurrerunt, eumque omnes perinde atque Augusti generum honorarunt. Demum cum privatus vellet abire, togatu Constantini consularum eum basso inivit, in quo quinque millia fervorum, libertate, ac civitate donata, praediis urbanis, rusticisque locupletavit. Inde cum consularum praefectura se abdicasset, fecellit Ostiam, & cum sancto Hilarino vivens, adibus ejus ad recipiendos peregrinos accessione adjuncti: ibique in omni Christiana pietatis officio, maxima cum omnium admiratione se exercuit, cum homo Augusti carissimus, ex praefecto, & consule pedes lavaret, mensam sterneret, aquam manibus funderet, & languentibus acri studio ministraret. Quintem ipse primus adem Ostiae S. Laurentio martyri con- C didit, atque officia clericorum intruxit. *Signonius lib. 3. Imp. occid.*

Anno 1282. Lituani cum Jazygum reliquias subita excursionem Poloniam tripartito agmine crudeliter depopulati sunt: Lescus Niger Polonorum princeps parva manu illos insecutus, cum eum ex labore itineris, & insomnia fatigatum sopor invasisset, expergestus deinde postremo die lætus, ab Archangelo Dei Michaelis in somnis confirmatum se, & spon- sione exposuit. Quo sermone animatus militibus, cum expeditis sex millibus equitum, arma tantum, & aliquot die- rum cibaria ferentibus, hostium vestigiis insisit. Captivi suorum signa conspicati fortuito oblatis telis, a tergo hostes adorantur. Inermes quoque, & feminae, clamore sublato, suos animabant, & hostibus terrorem incutiebant. Quin & canes, quos secum ducebant barbari, & qui dudum lætore ululatu adventibus nostris gratulari visi erant, fævis mor- sibus barbaros ipsos impetebant. Itaque ancipiti malo turbati, effusa fuga proximas sylvas petunt. Inlat fugientibus Lescus: instant & captivi mutuo sese cohortantes, dolore, & ira extimulante. In eo praelio reliquiae Jazygum, qui pertina- D cius Polonis restiterant, & a suscepta religione defecerant, penitus extinctæ sunt. De Lituani quoque, qui quatuordecim millia bellatorum explevisse dicebantur, non multi eva- serunt. Complures enim, qui effugerant, partim pudore, partim timore suorum, mortem sibi concivere. De Polonis ne unus quidem desideratus est. Lescus victor in Poloniam reversus, Lublini templum, monumentum victoriae suae, condidit: ac divi Michaelis, quem in somnis victo- riam sibi pollicentem viderat, memorie dedicavit. *Cromer- us lib. 10.*

Divina manu.

JUDA Machabæo contra Timotheum Genæum Antiochi Eupatoris duccem (qui peditem cxx. millia, equitum mmd. contraxerat) praelium ciente, supplicatione prius, & jejunio indidit, visus sunt hostibus de caelo viri quinque aureis armis conspicui, Judæis præcuntes: quorum duo Machabæum hi-

pabant, & telis hostes profligabant. Itaque perturbati hostes, & in fugam versi sunt. Casa xxv. millia, & dc. equites. Timotheus in castello Gazara obfessus, & interfectus fuit. *2. Mach. 10.* Eodem contra Lyfiam Antiochi Epiphaniis praefectum (qui octoginta millia peditem, cum magno equitatu, & octoginta elephantis contra Judæos ducebat) pugnaturo, visus est eques alba veste aurea Judæos præcedere, & arma quater. Illi ergo animis confirmati, hostium xim. prostraverunt, equitum mdc. *2. Mach. 11.*

In pugna Marathonica contra Persas Atheniensibus vir quidam specie, atque habitu agrestis opem tulit. Qui cum ex Barbaris quamplurimos aratro interemisisset, repente evanuit. Neque verò quærentibus, quisnam ille fuisset, Atheniensibus, aliud respondit oraculum, quam ut Eche- læum heroa colerent. E candido vero lapide eo in loco trophæum erexerunt. *Pausanias in Atticis.* Eadem pugna Thefei spectrum Medos invadere viderunt. Ex ea pos- tea tanquam herocem colere Athenienses ceperunt. *Plut. in ejus vita.*

In vadentibus aliquando classe ex Eubœa Tanagraum agrum Eretrienfibus, Mercurium ephebos in pugnam edu- xisse ajunt, & ipsum etiam, quippe qui ephebus esset, strigili- armatum, præ caeteris, Eubœenses in fugam vertisse. Hanc ob causam Mercurio Promacho templum erexere. *Pausanias in Bœoticis.*

Cum Loerenfes adversus Crotoniatis dimicarent: in Lo- crensiatice aspectu fuerunt candidissimis equis duo juve- nes, alios in praelio antecedere: parva victoria nusquam pos- tea visi. Quæ victoria eodem momento, quo parva fuit, Athenis, Lacedæmone, atque Corinthi, (etia in Locris, at- que Crotona ea loca plurimum distant) denunciata fuit. Tre- centa Sybaritarum millia à paucis caesa, Sybaris eversa. *Fulg. lib. 1. cap. 6.*

Cum Persæ ductu Xerxis ad facellum Minervæ, quod est ante templum Delphicum, accederent, interea è caelo fulmi- na in eos deciderunt: & à Parnaso duo abscissi vertices, ma- gno cum fragore sunt devoluti, permulsoque eorum inter- ceperunt. Atque ex ipso facello Minervæ vociferatio, jubila- tioque extiterunt. Barbari fugæ se mandarunt. Delphi descen- dentes magnam eorum stragem edidit. Qui superfuere, re- licta ad Bœotios effugerunt: referentes vidisse se duos arma- tos humana natura angustiores sese insidentes. Hos duos Delphi ajunt indigenas heros esse, Phylacon, & Autonoum, G quorum fama visuntur Phylaci quidem, secundum ipsam viam super ædem Minervæ: Autonoi vero prope Castaliam sub Hyampeo vertice. Saxa, quæ à Parnaso deciderunt, adhuc ad Herodoti usque memoriam integra extitere in favo Miner- væ protrepaliti locata, ad quod per Barbaros devoluta per- venerunt. *Herod. lib. 8.*

Cum Brennus Gallicis copiis irrueret Delphos, Delphi consulerunt oraculum, quid opus esset facto. Respon- sum est: *Ego præcedo vos, & albae virgines.* id est, *Cure hæc mihi erant, ac puellis candidis.* Paulò post visus Apollo cum duabus puellis, Pallade, ac Dia- na. Nam & his fama fuit apud Delphos. Refertur in Plutar- chi collectaneis. Cicero veritè Græcum carmen de Divina- tione primo: *Ego providebo rem istam, & albae virgines.* *Evajm. in Adag.* Ibi tum prodigia repentina, & omniumque unquam audierimus, evidentissima, in Barbaros divinitus ex- titerunt. Primum enim terra, quantum soli Gallorum acies occupaverat, ingenti motu ad multas horas contremuit: crebra deinde tonitrua, & fulmina Gallos non solum acriter exter- ruerunt: sed ad exaudienda, quæ dabantur à duobus signa he- betato auriu sensu propè attonitos reddiderunt. Neque verò singuli tantum homines caelestibus ignibus corripiebantur, sed loco etiam proximi quique cum ipsis armis confragabant. Visæ præterea in eos confurgere heroum species, Hypero- chus, Laodochus, & Pyrrhus, quibus Phylacum civem suum, Delphi quartum adnumerant. Ea, quæ diem illum consecuta est, nocte, funestioribus percussis fuerunt casibus. Acerrium fignus eos cum nive plurima vehementer afflixit. Saxa præ- terea ingentia, & montis crepidines spontè à Parnaso avulsæ; in Barbaros, quasi unicum illud esset, quod peteretur, signum propositum, conruerunt. Neque verò aut singuli, aut bini op- primebantur, sed triceni, & eo plures, uti fortè simul, aut ad certi loci praesidium constitissent, aut una quiescerent, collide- bantur. Prima inde luce Græci eos ex improviso aggressi, ma- gnæ eorum stragem edidit. Fugientes, castra habuerunt, quo-

quo loco nox eos primùm oppressit. Pœnicus autem illis in- cessit terror, cum nulla causa subisset trepidationi; intempe- sta jam nocte: ut audire sibi viderentur sonitum pullati equorum pedibus soli, ac jam propè cernere insistentes hos- tes. Atreptis igitur armis, & inter se facto æmulo diffidio vicissim, & occedebant alii alios, & occidebantur: cum neque per tenebras, & amentiam illam patriam linguam in- telligerent, neque vultus inter se, nec factorum signa pos- sent agnoscere: sed contrariis ordinibus utrinque per caeci il- lius erroris vacordiam, & graeci esse, qui contra pugnant, viderentur; & Græca esse arma putarent: quin & Græcam esse vocem crederent, quam homines mitterent. Primi hanc rem animadvertere, qui è Phœcenibus in agris relicti fue- rant, ad pecoris custodiam. Igitur, quæ barbaris perno- stem accidissent, Græcis nunciarunt. Excitati eo nuncio Phœcenses, alacris multo in hostes irruerunt: greges præ- terea accuratore multo custodia servarunt, ac, ne com- munitus ex agris sine pugna fuisset, prouiderunt. Quo factum ut ingenti cum frumento, tum cibariorum omnium penuria univerfos Gallorum exercitus vehementer laborare. Fuere eorum, qui in Phœcides perierunt, non multo pau- ciores, quam sex hominum millia: non minor numerus fame consumpti. Brennus ex vulneribus obiit. Reliqui turpi fuga ad Spherion retrocesserunt, ad invecio- nem sunt cæsi; Olympi. 125. anno altero. *Pausanias in Phœciis.*

Eo bello, quod Romani contra Tarquinium Romanum re- dire conantem gesserunt, fama tenet visos illa pugna Cal- storm, & Pollicem, atque mox à praelio manantibus sudore equis confectis in foro nuncios victoriam, quo loco propter fontem ædes eorum extat. Unde diem victoriam Idus Jul. Lyn- dardis consecraverunt. *Plutarchus in Coriolano.* Bello simi- liter Latino Castor, & Pollux apud lacum Jurturnæ visi sunt equorum sudorem abluere: cum ædes eorum, quæ sunt junctæ erant, sua sponte patuisset. *Valerius Maximus libro 1. capite 6.* Cum apud lacum Regillum Anton. Posthumus di- citur, & Fulcanionem dux Manlius Octavius, magnis viribus inter se concurrerent, ac neutrius acies aliquandiu pe- dem referret: Castor, ac Pollux Romanorum partium propu- gnatores visi, hostiles penitus fuderunt. *Valerius lib. 1. cap. 8.*

Cum Brutii, atque Lucani odio incitatisimo, Thurinae urbis peterent exitum, ejus verò incolititate C. Fabricius Lucinus Cos. proregeret, non audientibus Romanis praelium ingredi, eximie magnitudinis juvenis primùm eos hortari ad capeffendam fortitudinem cepit: deinde, ubi tardiores animadvertit, atreptis scalis, per mediam hostium aciem ad contraria castra evasit, & adnotios, vallum ascendit. Inde vocè ingenti clamantis, factum victorie gradum: & Romanis ad aliena castra capienda, & Lucanos, Brutiosque ad sua defendenda, illuc traxit, ubi conferti dubio certamine tenebantur. Sed idem impulsus armorum suorum prostratos hostes, jugulandos, capiendosque Romanis tradidit. Vigi- nti enim millia caesa, quinque millia cum Scato Statilio, duce utriusque gentis, & tribus, atque viginti militibus si- gnis capta sunt. Postero die eum Cos. inter honorandos, quo- rum strenua opera fuerat usus, vallarem coronam ei servare dixisset, à quo castra erant oppressa, nec inveniretur, qui id premium peteret: cognitum pariter, atque creditum est, Martem patrem tunc populo Romano suo affuisse. Inter cæ- tera hujusce rei manifestata indicia, galæa quoque duabus di- stincta pinnis, quæ caeleste caput testum fuerat, argumen- tum præbuit. Itaque Fabricii edicto, supplicatio Marti est habita, & laureatis militibus magna cum animorum læ- titia, oblata auxilii testimonium ei est redditum. *Valer. lib. 1. capite 8.*

Ferunt, Constantinum Magnum in praeliis cum Licinio, & Maxentio commissis, vidisse armatum equitem, signum crucis pro vexillo ante aciem suam præferentem: ac rursus Adriano- poli duos eius viros adolescentes, qui hostium phalanges cæ- derent. Item circa Byzantium noctu omnibus dormientibus conspectum ab eo ignem, qui fulguris instar vallum exercitus sui collustraret. *Zonaræ tom. 3.*

BOLESLAUS III. Polonorum rex, Pomeranos rebelles ad Na- bulum urbem insigni clade affecit. Convenit exercitus ad Craf- viciam, jamque moveri castra debebat, ecce clara die, inspe- ctante omni exercitu, apparuit in culmine basilicæ Crucifi- cionis formosus juvenis, candida veste resurgens: cunctisque suspensus desiliit, & ante signa progressus est. Ibi universus exercitus lætus, evestigio motis castris, divinitus oblatum du- *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

cem sequitur, insignem victoriam ex hoste barbaro sibi polli- cens. *Cromerus lib. 5.*

Bo praelio, quo Ramirus Hispanorum rex adversus Sarace- nos decertavit iuxta Calagurium, ab omnibus qui interfuerunt, conspectus est Jacobus Apostolus albo vexillo Christianorum aciem antecedere, atque in fugam Saracenos vertere. *Fulg. lib. 1. cap. 6.*

Quam Hispani pedites à quadraginta millibus Indorum pre- merentur, juxta Citiciam novæ Hispaniæ pagum, partim ob loci inequalitatem, partim ob arborum copiam, supervenit Franciscus Morla eques unus, qui tot, tantaque urgendo, cer- tendoque pergitur Indi pedem retraherent. Mox & ipse adus Indi multitudinem freti iterum premere Hispanos. Cumque jam in manifesto discrimine positi essent, supervenit dentio eques; ac Indos coegit pedem retrahere. Quod cum tenuis fecisset, abiitque; rursus instantibus indis supervenit Ferdinandus Cortesius dux Hispanorum, cum tredecim equitibus, Indos- que in fugam compulsi, exercitumque dissipavit. Cum autem Hispani ad urbem, quam occupaverant, redissent, con- stabat, equitem illum non fuisse Franciscum Morlam, cum ob viarum difficultates non posuisset praemitti. Equo vehebatur eques ille rubeo, & maculoso: sic captivi retulere: Hispani non videre. Nemo ex Christianis castus fuit in tam diuturno praelio, septuaginta vulnerati. Eques ille nullum occidit ex In- dis, nullum vulneravit, sed solum turbavit, perterrefecit- que. Hispani illum equitem D. Jacobum Hispanorum patro- num, Cortesius D. Petrum proprium dominum esse affirma- bat. *Cardanus de Res. var. lib. 15. cap. 81. ex Francisci Lopez hist. occid. Indis.*

ACTIVUS Vicecomes, cum Joannes Boemia rex Caroli IV. Rom. Imp. pater circa annum Christi 230. Italiam invaderet, pedibus eger decumbens, maximum curum suarum discrimen subit, Leodrisi Vicecomitis patruellis perfidia circumventus. Is enim conductus Rhatorum, Helvetiorumque cohortibus, & Germanis equitibus, manequæ manu exulum passim col- lecta, ad Abduram profectus est. Actius, quamquam pedibus eger, ex omnibus locis milites coegit, quoniam oppida viginti præsidio confirmavit, donec auxilia convenirent. Ad Nervianum vicum acri pugna commissa, superiores jam erant Leodrisiani, nisi D. Ambrosius, Mediolanensis tutelare numen in nube, equestri effigie à multis conspectus, open- planè perditis rebus attulisset. Supervenit enim Hector Pan- tius cum alia cataphactorum Allobrogum à Ludovico Sabau- dio Achi focero transmissa. Hæc Rhætos intemptivè exul- tantes, & cædi, prædæque solutis ordinibus incumbentes pro- trivit, atque cæcidit: Leodrisius in manibus hostium incidit. In- terfecta sunt supra quatuor millia hominum. In eo autem cam- po, ubi pugnatum est, templum in arce Divo Ambrosio ad rei gestæ memoriam conditum: ubi quotannis in festiva pompa es- tivo Mediolanensi populo, cum prætoris & Decurionibus, al- tero, & vigesimo Februarii die sacra solemnia celebrantur. *Jo- vius in Actio. At Fulgosi, libro primo, capite 6. scribit, redim- tegrato praelio ab auxiliariis copiis, quæ supervenerant, clarè conspectum Ambrosium flagello barbaros insectari, & in hujus memoriam victoriæ, Ambrosii simulacro ab eo tem- pore flagellum, quod non ante pingebatur, addi coepisse.*

AUXILIUM ANGELORUM.

Vide Locum de Angelis.

PRESIDIO SANCTORUM.

Ex loco de Sanctis.

TERRORE PANICO, SPECTRO.

JONATHAS Saul regis F. cum solo armigero, ducente Deo, praesidium Palaestinarum adortus, 20. ex eo cæcidit. Reliquos tantus terror invaluit, ut terra etiam ipsa terrore divinitus in- cussio contremisceret. Itaque Palaestini, nemine præsen- te, ferunt in se ipsos strinxere. Ea occasione usus Saul rex, magna clade eos affecit. *1. Regum 14.*

Cum in Eleorum fines hostiliter Arcaides invasissent, con- traque eos aciem Ekdirexerunt, Mulierem, ænit, infanti pte- ro mammam præbentem ad Eleorum duces venisse, seque cum puerum eum peperisse diceret, addidisse, monitum per for- num, ut eum pugnae socium Eleis adungeret: Ibi eos, qui summe rei præerant (quod mulieris verbis fidem habendam censuissent) puerum nudum ante signa collocandum curasce. Impressione ab Arcaidibus facta, puerum in eorum conspectu *lii 3 in an-*

in anguem mutatum. Eo prodigio hostes exterritos, in fugam se protinus dedisse: acriter Eleos infortunio. Pars vero in signi victoria, a servata civitate, nomen Sopolidi inditum: quoque loco in cavernam visus fuerat anguis abdidisse, confecto praelio sanum creditum, Sopolidi patrio genio dicatum. Honores Lucina decreti, quod ab ea in lucem puerum illum sibi editum interpretati sunt. Paus. l. 6.

Cum Persa, vexato excurfionibus Megarico agro, se Thecas ad Mardonium ducem suum reciperent, obortis repente Diana numine tenebris, per errorem viarum ad montanam eos regionis partem deflexisse ajunt. Ibi objecta hostilis agminis specie sagittas misisse: ad quarum ictus, cum proxima saxa tanquam gemitus imaginem redderent, homines esse, qui ex vulneribus gemerent opinantes, non ante jaculari desisissent, quam sagittas omnes profudissent. Cum vero illuxisset, Megarenfes armatos contra inermes impetu facto magnam ejus agminis partem trucidasse: atque eo rei eventum Diana sospite signum dedicasse. Paus. in Attic.

Dum contra Xerxem Graeci ad Salaminem pugnam, fama est, ingens lumen ab Eleusine refluxisse, campumque Thracium strepitum & vocibus, sicut ex coetu hominum mysticum Jacobum deducendum, ad mare usque personasse. Ab agmine vocem edentium assurgens paulatim a terra visa iis nubes deflectere a continente, & in naves incumbere. Alii species videre visi sunt vitorum armatorum, manus ab Aegina praegraecorum classe protendentium. Eos putabant esse Aegidas, quos votis ante pugnam imploraverant. Plutarchus in Themist.

Cum Conradus Roman. Imper. adversus Ungarorum regem D. Stephanum exercitum duxisset, pridie eius diei, quo congregati erant, testerarius per omnia militum Caesarianorum conturbantia, & tentoria quidam discucit, qui Imperatoris edicto Germanum quemque solutis castris domum repetere jubebat. In sequenti nocte ante lucem Conradus videns omnes domum festinare causam inquit. Omnes uno ore referunt, testerarii voce missione donatos. Accitis testerariis, neminem invenit, qui missionis edictum circumtulit. Conradus, Stephani gratia caelestem internuncium sub testerarii specie circumfisse reputans, ne sancti regis populus oppugnaretur: facta pace in Germaniam se recepit, pollicitus se Pannoniis nunquam bellum facturum. Bonifinus libro prima Dec. 2.

D. STANLAUS Episcopus Cracoviensis, in aere conspectus Polonos invitae adversus Cruciferos Prussos pugnantes, sub Usladislao Jagellone animavit. Crom. lib. 6.

Anni constitutione.

FERDINANDUS II. Rex Neapolitanus, adventante Carolo IX. Galliarum rege cum valido exercitu, ad sancti Germani palatium suis munitionibus se tenere, hostemque ferocem, & pugnantem avidum cubellando ludificari decreverat: donec aut pabuli inopia, aut traditio hyemis aliqua hostibus ex iniquo loco dimicandi necessitas imponeretur. Verum hyberni dies perpetua aeris serenitate, vernis, aestivisque persimiles, Gallorum spei tam opportune acciderant, ut nunquam omne ferme pabulum ab Aragoniis paulo ante esset contritum, ipsi tamen ex remotioribus locis facile pabularentur, ac omnium rerum copia, florida hyemis beneficio plurimum abundarent. Adeo dum cuncta secunda, atque facilia Callis, adversa autem, atque aspera Aragoniis, fatorum vi, ac superum consilio praeribi viderentur. Jovius lib. 2. Hist.

Grandinis, Tonitru ope.

Cum Israelitae graviter a Palaestinis opprimerentur, Samuelis Propheta suam, idola omnia destruxere, unico Deo revererunt. Cumque Palaestini contra eos apud Malspham congregatos expeditionem suscepissent, agnum subtrahunt pro holocausto obrulit. Eoque adhuc sacra faciente, ingenti tonitruo terribi Palaestini, magna strage ab Israelitis videri fuerunt. Samueli fux inter Malspham, & Sen erexit: idque saxum auxilli nominavit, quod eo usque Palaestinos Dei auxilio percuti cecidissent. I. Regum cap. 7.

Cum quinque reges Amorrhaei Gabaa urbem obsessissent, eo quod fecerit cum Josue Israelitarum rege fecissent, Josue ad Galgalis castra movit noctu, & ex improviso eos aggressus usque ad Azecam, & Macedam concidit. Cumque illi fugerent, Dominus in eos ingentis de caelo lapides dejecit, quibus plures perierunt, quam ferro. Caterum Josue, cum, ne sibi ad persequendos hostes dies ille sufficeret, vereretur,

solem ad Gabaa stare, & lunam ad vallem Ajalon iussit, ne supervenientibus tenebris hostes elaberentur. Stetit igitur sol in medio caelo, spacio unius integre diei, Josue vocem exaudiente Deo. Josue cap. 10.

Anno decimotertio Heraclii Imperat. in expeditione adversus Persas solstitio aestivo, aether sudore factus est madidus, & animos Romani exercitus recreavit. Says Cosrois dux contra Heraclium pugnavit. Edita magna hinc inde caedes. Persa superior videbatur, nisi densus imber, mixta grandine, cum fragore, & strepitu horrendo, caelo effusus, adversam Persarum aciem percussisset, procella Barbarorum ora, oculoque vento, & fulguribus perstrinxerit. Attoniti Persae cadunt, paucissimi servati: caeteri aut capti, aut caesi. Cusp. ex P. Diaconi lib. 8.

Venti beneficio, Tempestatis.

THEODOSIUS Magnus, posteaquam Valentinianum II. ab Arbogaste occisum, Eugenium tyrannum Galliam, & Italiam occupasse cognovit: Valentiniani mortem, & servitutem Italiae vindicavit, sed de eventu belli sollicitus, quod Eugenius omnibus rebus necessarius dicebatur esse paratissimus, primum sibi divinum, deinde humanam expolendam opem exstimavit. Itaque jejuniis, vigiliisque perfundus, cum Sacerdotibus, & populo templa omnia supplicibus obivit, atque ante martyrum, Apostolorumque sepulchra cilicio indutus procubuit, ac fida Sanctorum praesidia imploravit. Commisso ad Julius Alpes praelio, Eugenio Herculis, Theodosio I. Imperatore Christi vexillum praesente, cum Barbarorum cornu ab Eugeniis sedulissima strage concideretur. Theodosius ante aciem solus, ut omnes videre, atque audire possent, in terram projectus, supplex Dei auxilium invocavit: Adesto mihi, Domine, inquires, ne quando gentes dicant, ubi est Theodosius Deus. Eugenijs victoriae certus, suos interequitans ad constantiam hortabatur, illud identidem usurpans, se pro certo habere, Theodosium cum desperatione rerum sibi manus allaturum, monere autem, ne illum occiderent, sed vivum ad se perducerent. Tum vero ventus favissimus ortus, qualem nunquam ante spirasse constabat, in ora hostium tanto impetu irrumpit, ut ordines eorum turbavit. In quo illud visu mirabile visum, quod tela, & sagittae, quae contra Theodosios emittebantur, in eos, qui miserant, a vento reiciebantur, & clypei manibus rapiebantur, & scissis loris, in eorum ora provolvebantur, & oculi eorum ingesto pulvere opplebantur: ita ut aspectu adimeretur. Quae vero Theodosiani tela jaculabantur, ea vehementiore, quam ante, impetu ferebantur. Quae ex te, tanquam praesenti Dei auxilio, animati, tanta vi se in hostes intulerunt, ut ferre non poterint, ac fugae sese tradiderint. Hunc in modum uno praelio, unoque die cum Eugenio debellatum. Rufinus libro secundo, capite 33. Socrates, Sozom. libro septimo, capite 24. Orosius prodiderunt. Augusti. libro quinto, de Civitate Dei. Sed Zoefimus duobus.

Perunt ea pugna, qua ultimo Joannes Zimisca Imperator cum Rossis ad Dorostolum conflavit, divinitus Romanis latum auxilium. Nam ab austro obortam procellam in facies Seytharum ingruisse, eosque impedivisse, ne suo arbitratu rem gererent: & ab omni Romanorum exercitu, conspectum sisset virum albo equo vestum, qui principes pugnam inciperent, hostiumque ordines conturbant, nemini neque ante, neque postmodum cognitum, cuius memora eo die celebrabatur. Cedrenus.

CONSTANTINUS Scotorum rex contra Kennethum, Malcolmis regis & multi fratrem nothum, pugnantem victoriam praekonceptit. Vix bene confertae crant manus, quam obortus Subolanus ingenti cum procella, volante arena admixtus, Constantinorum adversa ora turbavit, praeter id, quod oculis Solem habuere adversum. Itaque victoria neutri partium lata, Kennethi partes esse sequuta. Duces in ipsa pugna singulari certamine congressi, mutuis vulneribus perierunt, anno Constantini tertio, Christi 1002. H. Botvius libro 11.

Germani, qui pugnae inter copias Henrici III. Imperatoris Petrum Hungariae regem reducerent, & Abaz, qui ejecto Petro substitutus erat, commissa, interferunt, tradiderunt, ab initio pugnae, cum caelesti signo tenentem in aere nebulam apparuisse: mox hinc ventum adeo turbidum fuisse factitatum, ut pulverem Hungarorum luminibus obicerent, liberumque obtutum impediret. Miraculum hinc editum fuisse affirmant, quia

qua paulo ante, quam pugnam iniit, ab Apostolico legato A. Abaz, ac Hungaria, ob iniustam Petri expulsionem, promulgato anathemate, fuerat humana consuetudine interdictum. Bonifinus lib. 2. Dec. 2.

Pippinus rex, cum Italia Gallorum dicto pareret, & Veneti soli omnium suae memores libertatis, patrie jura tuerentur, littorali ora Gallicis armis domita, Rivo alto (sic enim dicta est pars urbis celeberrima) minaciter imminchat: aderatque Pipinus ingens exercitus, & cum ne Italia quidem tota, non modo Venetiae partes obfistere possent crederetur. Verum modicus armatorum numerus in cymbis sedentium validissimam ratem, qua Galli vehabant, primo fatigavit: inde vento Venetus aditus, Gallicos conatus non solum fregit, sed hostem aquarum angustis colluctantem adeptus, partim ferro confecit, partim soluta rate medio itagno depreffit. Sab. lib. 6. cap. 7.

Aqua, inundationis beneficia.

Phryges, qui Celanas incolunt, annem praeterfluentem, qui Marlyas dicitur, tibicinem olim illum nobilem fuisse didicant, eoque inventum fuisse cum tibiurium cantum, quem B. Matroum vocant, quod in Magnae matris sacris usurparetur. Eundem vero Marlyam contra Gallos sibi opem tulisse, cum irumpentes Phrygiam, & camnis late stagnantibus aquis, & tibiurium modis exterruisset. Paus. in Phoc.

Ubi Tryphon A pameensis regno Syrorum capto contra Sarpedonem Demetrii ducem, apud Ptolemaidem civitatem decertavit: Sarpedonem circumventus, in mediterraneam regionem cum suis militibus secessit, Tryphonique exercitus, qui pugna cum superaverat, iter habuit per loca mari finitima. Tum unda quadam marina ingens in sublimem elata, repente in terram venit, quo illos omnes inundavit, submersosque necavit: ac unda cum recessisset, magnum piscium cumulum una cum cadaveribus reliquit. Tunc Sarpedonis milites cum calamitatem cognovissent, illuc accesserunt, mortuorum Theodosium cadaveribus pepercerunt, ac magnam piscium copiam absterunt, atque in suburbis civitatis trophaeum exerunt Nepruno. Atheniens. lib. 8. cap. 1. Dignus.

Cum bello Sabino, quod viginti raptarum, gratia commisitum est, Romani portam, quae sub radicibus collis Viminalis erat (quae postea ex eventu Janualis vocata est) claudere festinant, quia in ipsam hostes irruerant: postquam est clausa, mox sponte patefacta est. Cumque iterum, ac tertio idem contigisset, armati plurimi pro limine, quae claudere nequibant, custodes steterunt. Cumque ex altera parte acerrimo praelio certaret, subito fama pertulit, fusos a Tatio Romanos. Quam ob causam in, qui aditum tuebantur, terrenti profugerunt. Cumque Sabini per portam patentem irrupuri essent, fertur ex eade Jani per hanc portam magnam vim torrentium undis scatentibus, erupisse: multaque perduellium catervas, aut exutas ferventi aqua, aut devoratas rapida voragine perisse. Eate placitum, ut belli tempore, velut ad urbis auxilium profecto Deo, fores recerentur. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 9.

Animalium ope.

DEUS OPT. MAX. duos Amorrhaeos reges, praemissis crabronibus, nullo Israelitarum nec ense, nec arcu, fugavit, D. eorumque terram Israhelitae devoravit, & devoratae possederunt. Josue cap. 24.

SETHON Aegypti rex, Vulcani Sacerdos, cum Aegyptios contemneret, externo milite utebatur, & Aegyptios agris exuebat. Ob hanc injuriam factum est, ut cum postea Sennacherib, Arabum, Assyriorumque rex, cum magnis copiis invasisset Aegyptum, noluerit ei Aegyptii opulari. Tunc Sacerdos consilium inops in oena culum te contulit: ibique apud simulacrum comploravit, quantum periclitaretur. Et igitur inter lamentationem obrepit somnus, & inter quietem visus altare Deus exhortans, nihil cum molesti passurum, si copias Arabum obviam iret: se enim auxilium ei misurum. His insonnis fretus Sacerdos, sumptis Aegyptiorum voluntariis, inthoribus, & operariis, castra in Pelusiu posuit: hac enim Aegyptus invaditur. Eo cum pervenisset noctu, ingens multitudo agrilium murium repente exorta, tum phatras, tum arcus, tum scutorum habenas in castris hostium atrolerunt: ita ut postera die hostes armis exuti fugam fecerint multis amissis. Eoque nunciate rex in templo Vulcani lapideus stat, manu murem tenens, atque hac per litteras dicens: B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

In me quis intuens, pius esto. Herod. lib. 2. Eustathius Iliados a. refert, quosdam hanc historiam referre ad Cretenfes, quosdam ad Teucros in coloniam missos, oraculum accepisse, ut illic considerent, ubi viderent cum ipsis bellum gererent.

CRODORUS rex Francia, bello perens Alaricum Gothorum regem, cum exercitu venit ad Vincennam flumen: quod propter crebras pluvias ita intumuerat, ut non sine ingenti periculo transiri posset. Noctu igitur ardentibus votis Deum precatus, ut vadum sibi monstraret: manè mita magnitudinis vidit cervam, quae flumen ingredivens, tranando exercitui securum monstravit transitum. Praeterea rege apud Pictavos in castris commorante, pharus ignea egressa de Hilari basilica, visa est ei tanquam super se advenire. Gregorius Taron. Hist. lib. 2. cap. 37.

Rerum, Anathematum sacrarum ope.

Thebani ad Leudra Lacedaemonios divino auxilio Aristomenis Messenii herois superasse ferunt. Nam cum pugna instaret, Epaminondas Legatos misit, qui & alia oracula, & Trophonium, qui in Labadea colitur, consulerent. Et sane ab Ilimenio, Proo, Abis, Delphis Missa responsa commentarunt. At Istenaris heroicis sic vaticinatus est Trophonius.

Ne possit ante hostem, sacrum quam cura trophaeum sit vobis possesse. Hic scutum ornate, quod acer Ficit Aristomenis Messenius: ipse inimicas Scutorum acies, infeliquae tela refringam. Accepto oraculo, impetravit a Xenocrate precibus Epaminondas dux, ut Aristomenis clypeum sibi mitteret, illumque ad trophaei, quod exeret eo loco, unde posset ad Lacedaemoniam manifeste conspici, insignia addidit. Notant Lacedaemonii fixum in Libadea scutum Aristomenis: nam & multi per otium ad Trophonii praesecti, illud fuerant conspiciati, & plane omnes ita esse audierunt. Pars vero victoria suam Trophonio domum Thebani restituerunt. Pausanias in Messeniaca.

Enitrandus, praesente lancea Dominica, cui artificiosè clavi Christi crucifixi inserti erant, semper hostes suos teruisse, ac in fugam convertisse Henricum Imperat. feribit lib. 3. cap. 11.

HENRICUS II. Imp. Boleslaum Boemiam possidentem cum omni Sclavorum gente subjugavit, & similiter Poloniam debellavit, accepto gladio S. Adriani martyris, qui longo tempore in loco, cui nomen est Vvaldberch, astituerat. Hostes terribiliter percutus est, divino numine cooperante. Visi enim sunt divi Martyres Georgius, Laurentius, & Adrianus, exercitum suum antecedere, & cuneos hostium dissipare. Cyprianus.

Christiani Latini cum Corbana Perfarum principe collatisignis, ante Syriae metropolim Antiochiam, lancea sancta (qua Christi latus vulneratum fuit) vexilli loco praefixa, plus centum millia hostium occiderunt, sutorum quatuor millibus ducentis desideratis. Baldricus Dolensium Pontifex, illius temporis aequalis, comperisse se scribit ex his, qui interferuerant, oblatam hostibus speciem trium procerum humanae speciei augustiorum, qui albensibus in equis sedentes, ingens agmen pari cultu corporis habitique oris ex editissimis locis adversus hostes duerent: hos non ab omnibus sed à quibusdam nostrorum viros, creditoque esse martyres Georgium, Demetrium, Mercurium: nec deinde barbaris animus, mensve, aut consilium suppetebat, sed apud eos omnia formidine, fugaque continuo plena fuerunt. Amulius libro 4.

Pesilentiae ope.

Apud Pachinum Siciliae promontorium, Apollo, Libyftinus eximia religione celebratur. Nam cum Lybici invasuri Siciliam, classem appulissent ad id promontorium, Apollo, qui ibi colitur, invocatus ab incolis, immensa hostibus peste, & penè cunctis subita morte interceptis, Libyftinus cognominatus est. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 17.

Virtute propria.

Consulo Locum, Seratagematum, Fortitudinis propulsantis. De Xerxis navium numero, quae ad Salaminem depugnaverunt sic scribit. Eschylus in Persis: Xerxi scio navis erant cerdo quidem mille, Verum ducentae, septem erant ceferes. Supra modum: sic obtinet rumor volans.